



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Sub umbra illius quem desyderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi  
meo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

RVP. IN CAN. CAN, CAP. :I  
nor, profecto excedentur & in ignem mittetur.  
Dilectus autem meus qualem, quam bonū inter  
eos fecit fructum. Utq; fructum uitæ æternæ,  
quia non ut cunctæ bona arbor ipse, sed lignū ui-  
tæ est. Hoc ego experta sum. Quomodo?

¶ Sub umbra illius quem desyderabam se-  
di, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Luc. I

Fructus e-  
ius dulcis.

Matt. 26  
Luc. 22.

Gene. 3.

¶ Ex quo mihi angelus locutus est, spiritus san-  
ctus superueniet in te, & uirtus altissimi obum-  
brabit tibi: ego sub umbra illius sedi. ¶ Non ste-  
ti ad horā sub umbra, ut interdum paterer car-  
nis æstum, interdum haberem refrigerium: sed  
omnino sedi, quia semper pacem habui, iugiter  
sub umbra illius quieui: Et fructus eius dulcis  
gutturi meo, id est, cordi meo. Quis uestrū ne-  
scit, q; sit fructus eius dulcis? Expulit em a no-  
bis amaritudinem mortis, & uitæ æternæ dulce-  
dinem indidit. Malus fructus, imo malus mor-  
sus, quod Adam per Euam uitam perdidit, &  
mortem inuenit, bonus fructus, quo genus hu-  
manum per Mariam mortem perdidit, & uitæ  
inuenit. Hic est fructus eius. Ad quid enim ue-  
nit, ad quid succreuit inter ligna syluar, nisi ut  
faceret huiusmodi fructum, quo euacuaret pri-  
mæ præuaricationis reatum, ligni ueriti mor-  
sum? Vbi tempus uenit huiuscmodi fructus e-  
dendi, accipiens panem & uinum, & benedicēs,  
accipite (inquit) & comedite, hoc est corpus me-  
um: accipite & bibite, hic est sanguis meus. Nō  
uidistis ibi carnes & sanguinis speciem: profe-  
cto nec Eua uidebat promissam sibi a serpente  
similitudinē. Nō uidistis, nisi panem & uinū  
profecto nec Eua uidit nisi pomū uisu uel aspe-

COMMENTARIO.

LIB. I. 24

Et pulchræ Attamē illa credidit qđ nō uidebat credidit (in quā) serpenti dicēti, neqđ morte moriemini, sed eritis sicut dñs: magis quā deo dicentis, morte moriemini in quo cūq; die ex eo come deritis. Plus (in quā) serpenti quā deo credidit.

¶ Iusta ergo lege, ut expietur ille reatus malæ credulitatis, exigitur fides, ut credatis id qđ non uidetis: credatis (inquam) deo dicenti, hoc ē corpus, & hic est sanguis: magis quā serpenti, qui p̄ hereticos dicit, non est caro, non est sanguis: & eritis sicut filij dei. Hæc ubi fecit & dixit paratā in conspectu uiuentū mensam, relinquens competentē illis, cōfestim ad mortuos siue dormientes ipse obdormiscens & mortuus profectus, aīa descendente ad anīas, & corpore ad corpora in eundem terræ uentre, quo fuerant recepta, atq; ita de semetipso cibauit atq; potauit eos, atq; ex inde sub umbra illius sedent in perpetuū, & fructus eius dulcis gutturi eorū. Mihi potissimum umbra suavis & fructus dulcis quā cuī amore spūs trahit ad illum & natura carnis. Cum eēt in uita p̄ncti, non solum mō supradicto sub umbra illius sedere, uerū etiam faciem eius desyderabam semper uidere, semperq; mecum p̄ntem habere. Sed quid actum est?

Psal. 22

Iohān. 2

¶ Introduxit me rex in cellam uinariā & ordinauit in me charitatē.

Venū est ad nuptias, ubi & aquas in uinum couertit. Hoc initium signorū cōtinuo facturus dixit mihi. Quid mihi & tibi est mulier. Non dū uenit hora mea. Dixeram enim ego illi. Virūm nō habent. Et quidem uerum erat, quia uinum non habebant, non solum sicut litera sonat de-

Vinū non  
habent.